



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Affinitas

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

res gratis defendere; quando alia via in promptu non est. *Sor. l.c. art. 1.*

Ancipitem causam tueri non potest in re graui honoris, aut vitae: nam melior est conditio possidentis: at in re parum graui, expressa clienti causae imbecillitate, potest, sine mēdacijs, id. 16. art. 3. concl. 2.

AEDIFICARE.

A Edificare etiam in tuo solo non potes quod tibi non prodest, & alteri nocet.
* *Syl. aedificium. §. 5.*

Affinitas, vide Matrimonij impedimenta.

* Additio. 3. Affinitas non est inter virum, & vxorem, sed nascitur ab eis. *Couar. epito. p. 2. c. 6. §. & num. 7.*

Dum concurrit affinitas cum publica honestate, sublata illa per dispensationem, tolli & hanc quidam aiunt, alij negant, vide *Couarr. l.c. numer. 5. Nauar. consil. 7. de consang. & affin. numer. 1.*

Non nascitur ex matrim. rato, neque ex consummato sine seminatione. *Nau. ti. 10. cōs. 4.* neque ex copula contra naturam. *D. Thom. q. 55. ar. 3. add. ad 3. p. Led. 16. ex communi, sed ex illa, ex qua generatio sequi potest. Led. ibi. Syl. matrim. 8. q. 15.* vnde, si fiat commixtio seminum, etiam si pudoris claustra non frangātur, oritur affinitas. Sola mulieris seminatio non suffit.

ALIENATIO.

15

sufficit. *Innoc.* in cap. *Fraternitatis*, de eo, qui cogne-
conf. vx. per solam viri seminationem gigni
affinitatem probabilius est. *Syl. Ledes.* l.c. effu-
sio.n.seminis muliebris, teste Arist. non est ad
generationem necessaria, sed sufficit sanguis:
verum contrariam sententiam non improba-
bilem putat Sanchez.

Affinitas non extinguitur morte personæ,
ex quā contracta est. *Nau.* l.c. conf. 6. *D.* Th.l.
c.art.3.

Nulla affinitas naturæ iure dirimit matri-
monium. *Nauar.* l.c. conf. 12. & *Aug.* l.3. q. in *Le-
uiticum*, cum nouerca asserit matrimonium
contrahere naturali lege non licere, contra
quem *Couar.* l.c. §. 10. nu. 6.

Alienatio, vide *Donatio*, *Ecclesia*,
Hospitale.

Alienari prohibita, possunt alienari ex
causa dotis, vel alioqui pia. Itaque etiam
res Ecclesiæ possunt alienari pietatis causa: nō
censetur autem tale esse redimere damnatos
iustè ad aliquam poenam.

* Vide *Syl. Alienatio* nu. 16.

2 Succellio non dicitur alienatio. Itaq; pro-
hibitus absolutè alienare, potest relinquere
hæredi etiam extraneo: & extraneo etiam le-
gare, & prohibitus à testatore extra certum
genus personarum alienare, potest ex testa-
mento dare ei, qui sibi esset alioqui ab inte-
stato

A 7

stato